Fragmentarium

sacerdotem. Durauit autem in episcopatu anno uno et mensibus tribus.
Post hoc spatium temporis ueniens perennius prefectus alexandrie.
dum quereret percutere eum et non posset. quia omnis ciuitas in eius
amore pendebat: immisit ei quosdam paganos qui se fingerent
esse christianos. et ingredientes percusserunt eum in oratione dominica con
stitutum. Post hec tradunt percussores prefecto perennio. Ille autem
conscius iussionis sue: quasi audiendos custodie mancipauit. Post
paucos uero dies: [illegible] clementia principum relaxatos. Beatissi
mus autem philippus episcopus post percussuram tribus diebus superuixit. non ob
aliud nisi ad corda dubia confirmanda. Nam ut migraret ad do
minum ipse ut mereretur orauit. quia noluit se corona marty
rii fraudari. Nam qui in corpore positus demonia fugabat. et
oratione cecos illuminabat. pluresque alias sanitates prestabat.
si adhuc uiuere uellet hoc procul dubio impetrare quiuisset. Itaque
iuxta atria ubi sancta eugenia filia eius monasterium christi uirginum
collocauerat. et fabricauerat ecclesiam christo: illic suum iussit sepeliri
corpusculum. In quo loco beatissima claudia xenodochium fabri
cauit. et constituit predia. que susceptionibus peregrinantium
deseruirent. Ipsa autem post gloriosum martirium beatissimi
uiri sui: cum auito et sergio filiis suis et cum beatissima eugenia
remeauit romam. Igitur filios philippi cum omni gaudio senatus
recepit romanorum: et unum proconsulem carthagini. alterum uero
ducem africe direxit. Ad beatam autem eugeniam dum multe
matrone conuenirent. et pene omnes quascumque uirgines potu
isset notas aut amicas efficere. faceret etiam christo credere. et in uir
ginitate dominica permanere. quedam ex regio genere uirgo basilla
nomine. cupiebat ad eius noticiam pertingere. Sed quia causa nominis
christiani ad eam ire non poterat. rogat per internuncium fidelem. ut
se de christiana religione instrueret. Tunc beata eugenia conuocat
ad se beatissimos comites suos protum et iacinctum. et dicit eis. Acci
gimini ad miliciam ad quam uos conuocat christus. Dono uos basille sub
spe muneris conferam. ut uos eam christi faciatis ancillam. Fit itaque

huiusmodi m
quasi apostolos
eb; non noc
pore beatissi
stes: puent
Confirmat
ricordia et g
pectib; ipsa
erat ad bea
filiam eius ei
uespere sabba
ymnis pui
eis sacto sca
noctib; sabb
pene noctib
O quantas pe
sillam christe sp
pta uolunta
crediderunt
christianis. eo q
ta est auctori
Cornelius a
erat in abdit
Reuelatum est
Et basilla ad e
quod martyrii
driam puit
guinis conse
orauit dicens
uenisti puit
michi credidit
autem sanctis uirg

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 23v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36967)